BIBLIOTEKA
Zakł. Nar. im. Ossolińskich
XVI 13509



MISSAE

PROPRIÆ FESTORVM

ORDINIS FRATRVM MINORVM.

Ad formam Missalis Noui

Ex Decreto sacrosancti Concilij Tridentini restituti, redactæ.

Cum Licentia Summi Pontificis.

VENETIIS, Apud Iuntas. M. D. XCV.

10.232

KALENDARIVM
FESTORVM PROPRIORVM
siue Missarum Ordinis fratrum Minorum.

BIBLIOTEKA OSSOLINEUM
XVI. F. 13509

MISSÆ PROPRIÆ
FESTORVM ORDINIS
FRATRVM MINORVM.

¶ Die 8. Decembris.

IN CONCEPTIONE
Sanctissimæ Dei genitricis Mariæ.



Introitus.

EGredimini & videte filiæ Siō reginam vestrā, quam laudāt astra matutinis: cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur, & iubilant omnes filij Dei. Psalmus. Ostendat faciem suam, sonet vox eius in auribus nostris: quia eloquium suum dulce, & facies decora nimis. ℣. Gloria. Oro.

DEus, qui per immaculatam virginis Conceptionem dignum filio tuo habitaculum pręparasti: quęsumus, vt sicut ex morte eiusdem filij sui pręuisa, eam ab omni labe pręseruasti: ita nos quoque mūdos, eius intercessione ad te peruenire cōcedas. Per eundem Dominum nostrum Iesum.

Lectio libri Sapientiæ. Prou. 8.

DOminus possedit me in initio viarū suarū, antequàm quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis, antequàm terra fieret. Nondum erant abyssi: & ego iam concepta eram. Necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes graui mole constiterant. Ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat cęlos, aderā. Quādo certa lege & gyro vallabat abyssos. Quando ęthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum. Quando circūdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens. Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Nunc ergo filij audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me, & q vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me īuenerit, inueniet vitā, & hauriet salutē à Dño. Gradua. Qualis est dilecta nostra, charissimi? qualis est mater dicta Dñi? qualis & quanta sit soror & sponsa Christi? ℣. Dilecta nostra candida, immaculata, quasi aurora consurgens. Alleluia, alleluia.

℣. Veni Regina nostra, veni dña in hortū odoris super omnia aromata, Alleluia.



Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam. Cap. 11.

IN illo tempore. Loquēte Iesu ad turbas, extollens vocem quędam mulier de turba, dixit illi. Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quę suxisti. At ille dixit: Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Credo. & dicitur per totam octauam. Offertorium.

Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisus, ò Maria: manus tuę stillauerunt myrrham, mellifluique facti sunt cœli, dum manu Domini fabricata es mater tanti Dei. Secreta.

SVscipere digneris per temetipsum benignitatis authorē, rogamus, Dn̄e, matris, ac domus tuæ zelatorum deuotas cum hilaritate supplicationes: vt sicut ipsa, tua gratia præueniente, mundo hodie immunis apparuit: ita ipsi mundā de tuæ matris munere, te concedente, exhibeant gratiarum actionē. Per temetipsum Iesum Christum Filium suum: qui viuis, & regnas cū Deo Patre, in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorū. Communio.

Gloriosa dicta sunt de te Maria, quia fecit tibi magna qui potens est. Postcommu.

ODorem Dn̄e sacrificij huius suscipe suauitatis, & præsta: vt, qui hodie Mariæ Conceptionem iubilando celebrant, eius salubri oratione, fructum centuplum suę deuotionis accipiant. Per Dn̄m nostrū.

¶ Die 14. Ianuarij.

MISSA IN CELEBRITATE

Sanctissimi, & diuini nominis IESV à Sede Romana, Paulo Tertio Pontifice visa, & approbata.



Introitus.

IN nomine Iesu omne genu flectatur: cęlestiū, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur; quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris, Alleluia. Psal. Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. ℣. Gloria Patri. Repetit. In nomine. Oratio.

DEus, qui gloriosum, & ineffabile nomen tuum, à sæculis absconditum, nobis in vnigenito filio tuo manifestare dignatus es: quæsumus: vt sicut in ipso salutari nomine Iesu nos redemisti: ita & saluare digneris. Per eundem Dominum.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diebus illis: Petrus Spiritu sancto repletus, dixit: Principes populi, & seniores Israel, audite. Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi: in quo iste saluus factus est: notū sit omnibus vobis, & omni plebi israel; quia in nomine Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis: in hoc iste astat corā vobis san⁹. Hic est enim lapis: qui reprobatus est à vobis ędificantibus; qui factus est in caput anguli. Et nō est in aliquo

alio salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus: in quo oporteat nos saluos fieri. Gradu. Saluos fac nos Dn̄e Deus noster: & congrega nos de nationibus: vt confiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in gloria tua. ℣. Tu Dn̄e pater noster, & redemptor noster, à sęculo nomē tuum. Alleluia. ℣. Laudē Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomē sanctum eius. Alleluia. ℣. Exaltabo te Deus meus rex, & benedicam nomini sancto tuo Iesu in sęculum, & in sęculū sęculi.

Post Septuagesimam dicitur Tractus.

Domine Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus: sonet vox tua in auribus meis. ℣. Vox enim tua dulcis, & facies decora nimis. ℣. Oleū effusum nomen tuum Iesu: ideo adolescentulæ dilexerunt te. Sequentia.

LAuda Sion Saluatoris
Iesu nomen, & amoris
Toto cordis iubilo.
Nomen sanctum nos amare
Decet semper, & laudare
Absque mentis nubilo.
Iesu nomen potestatis,
Atque æternæ maiestatis:
Summi Patris brachium.
Cœlos fecit: terræ molem
Iesu nomen, atque solem:
Et cœleste gaudium.
Angelorum ingens cętus,
Protoplastesq; perfectus
Fuit Iesu nomine.
Vt aquarum magni fontes
Sunt immissi super montes
Iusto rerum ordine.
In Ægypto fecit signa
Iesu nomen: & maligna
Perdidit prodigia.
Scisso pelago, transuexit
Israelem, & demersit
Hostium insignia.
Huius nominis virtute
Superborum sunt destructæ
Dæmonum potentiæ.
Simulachra idolorum
Sunt euersa: Tyrannorum
Fractæ violentiæ.
Iesu nomen figuratum:
Vehementer expectatum
Patrum desiderio.
Reuelatum nobis quidem
Dedit spem, amorem, fidem,
Maximo mysterio.
Nomen ergo hoc amandum
Toto corde, & adorandum
Omni reuerentia.
In aduersis nomen sanctum
Inuocetur: Iesu tantum
Aderit præsentia.
Præsentia deitatis:
Et totius bonitatis
Dulcis Iesus aderit.
Fugat morbos & liuores,
Sed & animi languores
Iesus vbi venerit.
Et te cordi nostro pone
Nobile signaculum. Amen.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam. Cap. 2.

IN illo tempore: Postquam consummati sunt dies octo, vt circūcideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus: quod vocatum est ab Angelo, priusquàm in vtero cōciperetur. Credo.

Offertor. Confitebor tibi Dn̄e Deus meus in toto corde meo: Et glorificabo nomen tuum in æternum: Quoniam tu Domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te, alleluia. Secreta.

BEnedictio tua clementissime Deus: qua omnis viget creatura, sanctificet, quęsumus, hoc sacrificium nostrum, quod ad gloriam nominis filij tui Domini nostri Iesu Christi offerimus tibi: vt maiestati tuæ placere possit ad laudem, & nobis proficere ad salutem. Per eundem Christum.

Præfatio de Natiuitate. Communio.

O mnes gentes quascumq; fecisti venient, & adorabunt corá te Dñe, & glorificabunt nomen tuum: Quoniá magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus, alleluia.

Postcommunio. Oratio.

OMnipotens æterne Deus, qui creasti & redemisti nos: respice propitius vota nostra: & sacrificiũ salutaris hostię, quod in honorę nominis filij tui Dñi nostri Iesu Christi maiestati tuæ obtulimus: placido & benigno vultu suscipere digneris: vt gratia tua nobis infusa, sub glorioso noĩe Iesu, æternæ p̃destinationis titulo gaudeamus, noĩa nr̃a scripta esse in cęlis. Per eund.

¶ Die 16. Ianuarij.

IN FESTO SS. MARTYRVM Berardi, Petri, Accursij, Adiuti, & Othonis. Introitus. p̃s. 33.

MVltæ tribulationes iustorum, & de his omnibus liberauit eos Dominus: Dominus custodit omnia ossa eorũ, vnum ex his non conteretur. Psal. 33 Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. ℣. Gloria Patri, & Filio.

Oratio.

LArgire nobis, quæsumus Dñe, beatis martyribus tuis Berardo, Petro, Accursio, Adiuto, & Othone intercedentibus, cęlestia semper, & Christum amare, quorum glorioso martyrio, ordinis Minorũ initia cõsecrasti. Per eundem Dominũ nostrum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios. 1. Cor. 4.

FRatres. Spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo. Nos infirmi, vos autem fortes. Vos nobiles, nos autem ignobiles. Vsq; in hác horá & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cędimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus. Persecutionem patimur, & sustinemus. Blasphemamur, & obsecramus. Tamquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc. Non vt confundá vos hæc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. In Christo Iesu Dño nostro.

Graduale. p̃s. 78. VIndica Dñe sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum Domine escas volatilibus cęli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Alleluia, alleluia. ℣. Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenẽs regna cęlestia. Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum. Cap. 10.

IN illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes: & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad pręsides & reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini: sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium. Et insurgẽt filij in parentes: & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit. Credo.

Et dicitur in omnibus sollemnitatibus tátum Sanctorum nostri ordinis, & S. Claræ: ex concessione Sixti quarti. Sed infra octauam S. Patris nostri Francisci, & illorũ Sanctorũ, quibus dedicata est Ecclesia, dicitur quotidie iuxta Rubricas Missalis noui.

Offert. Sap. 3. IUstorum aĩæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis:

tis: visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Secreta.

PRo pretiosa Domine tuorum morte Sãctorum sacrificium istud offerimus: quo opem tuam nostris temporibus clementer impendas: & gratiam nobis veræ deuotionis exhibeas. Per Dominum.

Communio. Luc. 12. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his, qui vos persequuntur. Postcommunio.

COelestia Domine dona, quę sumpsimus, vitá nobis tribuant sempiterná: quam cum beatorum martyrum tuorum Berardi, Petri, Adiuti, atque Othonis gloriosis meritis imploramus. Per Dominum.

¶ Die 15. Februarij.

IN TRANSLATIONE SANCTI Antonij de Padua confessoris.

Missa dicitur vt in die natalis eiusdem. Et sic fit in omnibus alijs Translationibus.

¶ Die 20. Martij.

IOACHINI CONFESS. dup. mi. Missa dr̃ de cõi Confess. non Pót.

¶ Die 24. Martij.

IN FESTO ARCHANGELI Gabrielis. Introitus.

PRæuenerunt Principes coniuncti psallentibus in medio iuuẽcularum tympanistriarum. Psal. Exurgat Deus, & dissipẽtur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum à facie eius. ℣. Gloria Patri, & Filio.

Oratio.

DEus, qui per Archangelum tuum Gabrielem, Saluatorẽ mundi sacratissimę virgini concipiendum nunciasti: da, vt eundem & mente pura concipiamus: & feruido imitemur affectu. Per eundem Dñm.

Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli. Cap. 11.

ET septimus Angel⁹ tuba cecinit, & factę sunt voces magnę in cęlo, dicẽtes: Factum est regnum mundi huius Domini nostri, & Christi eius: & regnabunt in sęcula sęculorum, amen. Et vigintiquattuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deũ, dicentes: Gratias agimus tibi Dñe De⁹ noster oꝑs, qui es, qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca testamẽti eius in templo eius. Et signum magnum apparuit in cęlo, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius: & in capite eius corona stellarum duodecim: & in vtero habens clamabat vt pariat. Et peperit masculum, qui recturus erat gentes in virga ferrea.

Graduale. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex glorię. ℣. Quis est istę rex glorię? Dñs fortis, & potẽs: Dominus potens in prælio.

Tractus. Ecce vir vnus Gabriel vestitus lineis, & renes eius accinctus auro obrizo. ℣. Et corpus eius quasi Chrysolitus, & facies velut species fulguris. ℣. Et oculus eius vt lampas ardens, & brachia eius atq; dorsum vsque ad pedes quasi ęris candentis. ℣. Et vox sermonum eius quasi vox multitudinis. Alleluia. ℣. Missus est Angelus Gabriel ad Mariam virginem despõsatam Ioseph. Alleluia. ℣. Ecce vir vn⁹ Gabriel, quem videram à principio, cito volans tetigit me, & docuit me.

Sequentia.

FÆlix tempus numerauit,
Quo suam plebem visitauit
Deus ex alto oriens.
Hinc Mariam nunciauit,
Et sua voce iucundauit
Gabriel præueniens.
Cuius ventrem depurauit,
Et virtute obumbrauit
Spiritus Altissimi.
Qua virtute insigne erexit,
Et ab armis nos protexit
Hostis potentissimi.

Qua & mala nostra texit,
Christus donaq; porrexit
Virtutis deificæ.
Veritatemq; detexit,
Et in viam nos direxit
Pacis euangelicæ.
In qua nos concomitantur,
Et in socios nobis dantur
Virtutes angelicæ.
Nam inualidi sanantur,
Et vigore confortantur
Per splendentem Raphael,
Inquinatiq; purgantur,
Et purgati inflamantur
Ab ardente Vriel.
Tandem Deo præsentati,
Et cum Christo iam beati
A librante Michael.
Fac nos, quæso, vt ditati
Et in hostes roborati
Simus, Deoq; sacrati,
Tuo fauore Gabriel. Amen.

Sequentia Sancti Euangelij secundum Lucam. Cap. 1.

IN illo tempore missus est Angelus Gabriel a Deo in Ciuitatem Galilæę, cui nomen Nazareth: ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eā, dixit. Aue gratia, plena Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Quę cum audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius, Iesum. Hic erit magnus: & Filius Altissimi vocabitur. Et dabit illi Dn̄s Deus sedē Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virum nō cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sāctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: & ipsa cōcepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, q̄ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deū omne verbū. Dixit autē Maria: Ecce ancilla Dn̄i. Fiat mihi secundum verbum tuum. Credo.

Offertorium. Benedicite Dn̄m oēs Angeli ei⁹, potētes virtute, faciētes verbū illius, ad audiendā vocē sermonū eius. Secreta.

EXaudi Dn̄e preces nostras, quas per Archangelū tuū Gabrielem mittim⁹ pręsentādas, quibus suppliciter exoramus: vt & hanc hostiam salutarem & per eam nos tibi sacratos in odorem suauitatis suscipias. Per Dominum. Postcommunio.

ECce Michael vn⁹ de principib⁹ primis venit in adiutoriū meū. Postcomm.

ROborent nos, quęsumus Dn̄e, sacraq; sumpsimus: & fauēte Archāgelo tuo Gabriele, in opere efficaces, & in tuo amore feruidi inueniamur. Per Dn̄m nostrum.

¶ Die 20. Maij.

IN FESTO SANCTI BERNARDINI confessoris.

Introitus. ps. 36.

OS iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. Psalmus. 32. Exultat᷑ iusti in Domino: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria. Oratio.

ADesto Domine supplicationibus nostris, quas in B. Bernardini confessoris tui sollēnitate deferimus: vt, qui nostræ iustitiæ fiduciam non habemus: eius, qui tibi placuit, precibus adiuuemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium.

Lectio libri Sapientiæ. Eccl. 45.

DIlectus Deo & hominib⁹, cuius memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit

ficauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in cōspectu regum, & iussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illū, & elegit eum ex omni carne. Audiuit enim vocem ipsius, & induxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcepta, & legem vitæ & disciplinæ.

Graduale. Psal. 36. Os iusti meditabitur sapiētiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabūtur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Oseę. 14. Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in ęternum ante Dn̄m, Alleluia. Tempore Paschali omittitur Graduale, & additur sequens ℣. Psal. 111. Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronā vitę. Alleluia. Eo ordine quo dicitur in rubrica Sabbati in albis.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum. Cap. 19.

IN illo tempore. Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Fili⁹ hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrē, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam ęternam possidebit. Credo.

Offertorium. Psal. 20. In virtute tua Domine lætabitur iustus, & super salutare tuum exultabit vehementer, desiderium animæ eius tribuisti ei. Secreta.

PRæsta nobis, quæsumus omnipotens Deus: vt nostræ humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata sit honore sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet. Per Dominū nostrum. Communio. Matt. 19. Amen dico vobis, quòd vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me: centuplum accipietis, & vitam ęternam possidebitis. Postcommunio.

QVæsumus omnipotens Deus: vt qui cœlestia alimenta percepimus, intercedente B. Bernardino confessore tuo, per hæc contra omnia aduersa muniamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

¶ Die 13. Iunij.

IN FESTO SANCTI ANTONII de Padua confessoris.

Introitus. Ecc. 15.

IN medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus, stolam glorię induit eū. Psalmus. 91. Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime. ℣. Gloria Patri. Oratio.

ECclesiam tuam Deus, B. Antonij cōfessoris tui sollemnitas votiua lætificet: vt spiritualibus semper muniatur auxilijs, & gaudijs perfrui mereatur æternis. Per.

Lectio libri Sapientiæ. Cap. 7.

OPtaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ. Et præposui illam regnis & sedibus: & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec comparaui illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua: & tamquam lutum ęstimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem & speciem dilexi eam, & proposui pro luce habere illam, quoniā inextinguibile est nomen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa: & innumerabilis honestas per manus illius. Et lætatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabā quoniam omnium bonorum mater est. Quam sine fictione didici, & sine inuidia com-

communico: & honeſtatem illius non abſcõdo. Infinitus enim theſaurus eſt hominibus: quo qui vſi ſunt, participes facti ſũt amicitiæ Dei, propter diſciplinę dona commendati. Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia: & præſumere digna horum quæ mihi dantur. Quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt, & ſapientium emendator.

Graduale. Pſal. 36. Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Antoni compar inclyte, noſtri quondam itineris: tu nobis adhuc miſeris, in patria iam prædite: te glorioſo comite, nos ora frui ſuperis, Alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum. Cap. 5.

IN illo tẽpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum: vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera veſtra bona, & glorificẽt Patrem veſtrum, qui in cęlis eſt. Nolite putare quoniam veni ſoluere legẽ aut Prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec trãſeat cœlum & terra, iota vnũ, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit vnũ de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines: minimus vocabitur in regno cęlorum. Qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cęlorum. Credo.

Offertorium. Pſal. 88. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo, & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

PRęſens oblatio fiat Dñe populo tuo ſalutaris, pro quo dignatus es Patri tuo te viuentem hoſtiam immolare. Qui viuis & regnas in vnitatẽ Spiritus ſancti Deus.

Commu. Matt. 25. Domine, quinque talẽta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum: euge ſerue bone & fidelis, q̃a in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudiũ Dñi tui. Poſtcomm.

DIuinis, quæſumus, Domine muneribus ſatiati: vt beati Antonij confeſſoris tui meritis glorioſis, ſalutaris victimæ deſideratum ſentiamus effectum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium.

¶ Die 14. Iulij.

IN FESTO S. BONAVENTVRÆ Pontificis & confeſſoris, & Eccleſiæ Doct. Miſſa dicitur vt in Communi Doctorum, præter ea, quæ hic ponuntur. Oratio.

DEus, qui Eccleſiæ tuæ beatum Bonauẽturam confeſſorem tuum atq; Pontificem, Doctorem mirabilem tribuiſti: cõcede propitius, vt apud te hunc pium ſemper interceſſorem habere mereatur. Per Dominum noſtrum.

Epiſtola. Teſtificor coram Deo. Secreta.

SAncti tui Bonauenturæ nobis Domine, pia non deſit oratio: quæ & munera noſtra conciliet, & tuam nobis indulgẽtiam ſemper obtineat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Poſtcommunio.

VT nobis Domine, tua ſacrificia dent ſalutem, beatus Bonauentura confeſſor tuus & Doctor egregius, precator accedat. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

¶ Die 26. Iulij.

IN FESTO SANCTÆ ANNÆ matris Mariæ Virginis. duplex. Miſſa dicitur de communi nec Virgin. nec Martyr.

¶ Die

¶ Die 2. Auguſti.

IN FESTO CONSECRATIONIS Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum apud Aſſiſiũ. Miſſa dr̃ de cõi Dedicationis Eccleſiæ.

¶ Die 12. Auguſti.

IN FESTO SANCTÆ CLARÆ virginis. Introitus. p̃s. 44.

VLtum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eam: proximæ eius adducentur tibi in lętitia, & exultatione. Pſal. 44. Eructauit cor meum verbũ bonum, dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Oratio.

FAmulos tuos, quæſumus Domine, beatæ virginis tuæ Claræ votiua natalitia recenſentes, cęleſtium gaudiorum ſua facias interuentione participes, & tui vnigeniti cohæredes. Qui tecum.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios. 1. Cor. 7.

FRatres. De Virginibus præceptum Domini non habeo: conſilium autem do, tamquam miſericordiam cõſecutus a Domino, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatẽ, quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori? noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem: non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico fratres, tempus breue eſt. Reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tamquã non habentes ſint: & qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam nõ gaudẽtes: & qui emunt, tamquam nõ poſſidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tamquam nõ vtantur. Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt, quę ſunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini ſunt: vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. In Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Graduale. p̃s. 44. Concupiuit rex decorem tuum, quoniã ipſe eſt Domin⁹ Deus tuus. ℣. Audi filia & vide, & inclina aurem tuã. Alleluia, alleluia. ℣. Hæc eſt virgo ſapiens, & vna de numero prudentum, Alleluia.

Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum. Cap. 25.

IN illo tẽpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus: quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuę acceptis lampadibus, non ſumpſerũt oleum ſecum. Prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Moram autem faciente ſponſo, dormitauerũt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit, Exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illę, & ornauerunt lampades ſuas. Fatuæ autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro: quia lampades noſtræ extinguuntur. Reſponderunt prudentes, dicentes: Ne forte non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit ſpõſus: & quæ paratæ erant, intrauerũt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſime verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Dñe, Dñe, aperi nobis. At ille reſpondens, ait: Amen dico vobis, neſcio vos. Vigilate itaque, q̃a neſcitis diẽ neq; horam. Credo.

Offert. p̃s. 44. Afferentur regi virgines poſt eam, proximæ eius afferentur tibi in lętitia & exultatione: adducentur in templum regi Domino. Secreta.

Oblata

Oblata tibi, quæsumus Domine, dona sanctifica, quę maiestati tuę accepta faciat, beatæ virginis tuæ Claræ intercessio veneranda. Per Dñm. Cõmunio. Matt. 26. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autẽ nocte clamor factus est, ecce sponsus venit: exite obuiã Christo Dño. Postcõ. Protegant, quęsumus Domine, plebẽ tuam, gloriosæ virginis tuę Claræ cõtinuata pręsidia, & sumpta pro illius gloria corporis tui sacri, & pretiosi sanguinis sacramenta. Qui viuis & regnas cum Deo Patre, in vnitate eiusdẽ Spiritus sancti Deus.

¶ Die 19. Augusti.

IN FESTO S. LVDOVICI Episcopi & Confessoris.

Missa dicitur de communi Confessorum Põtificum. Statuit ei Dominus, &c. preter ea, quæ hic posita sunt. Oratio.

Deus, qui Ecclesiã tuã dispositione mirabili nouis semper illustras sanctorũ splendoribus, tribue quęsumus: vt qui beati Ludouici Confessoris tui, atque Pontificis sollemnijs gratulamur, ad eius consortiũ fęliciter perducamur. Per Dominũ nostrum Iesum Christum. Secreta. Sacrificia Dñe, quę in honore sancti Ludouici confessoris tui, atque Pontificis, tuę offerimus maiestati: nobis sint ad salutem efficacia, & tuæ placita pietati. Per Dominum nostrum Iesum. Postcommunio. Immẽsam clementiam tuam, ops Deus suppliciter exoramus: vt intercedẽte beato Ludouico confessore tuo atq; Pontifice, per hæc sancta, quæ sumpsimus, cuncta nobis aduersãtia, te adiuuãte vincamus. Per. Euangelium. Vigilate, quia nescitis qua hora &c. de eodem communi.

IN FESTO S. LVDOVICI Regis Francorum confessoris.

Missa. Os iusti med. &c. vt ponitur ipso die in Missali nouo.

¶ Die 25. Augusti.

IN FESTO STIGMATVM Beati Patris nostri Francisci.

Introitus. Gal. 6.

Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati & liberati sum⁹. Psal. 66. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. ℣. Gloria Patri, & Filio. Oratio. Deus, qui mira crucis mysteria in beato Francisco cõfessore tuo multiformiter demonstrasti: da nobis, quæsumus, deuotionis suæ semper exempla sectari, & assidua eiusdem crucis meditatione muniri. Per Dominum nostrum Iesum Christũ.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Galatas. Cap. 6.

Fratres: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu neq; circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura. Et quicumque hanc regulã secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & sup Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata Dñi Iesu in corpore meo porto. Gratia Dñi nři Iesu Christi, cũ spiritu vestro fratres. Amẽ. Graduale Psal. 36. Os iusti meditabitur sapientiã: & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabũtur gressus eius. Alleluia, alleluia. ℣. Christo confixus sum cruci: viuo autem ego, iam nõ ego, viuit vero in me Christus.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum. Cap. 16.

In illo tẽpore. Dixit Iesus discipulis suis: Siquis vult venire post me, abneget semetipsum

tis et prec... faciamus. Qui viuis et regnas in unit... Spiritus Sancti Deus per omnia Sæcula Sæculorum.

In festo Sancti ELZEARII Confessoris

Missa Os iusti de communi Confess. non Pontifi: Euangelium uero. Nolite timere pusillus grex ut in sequenti Missa de eodem Communi.

faciamus. Qui viuis & regnas in vnitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

IN FESTO S. ELZEARII CONfessoris. Missa Os iusti &c. de comm. Confessorum non Pont: Euangelium Nolite timere pusillus grex. vt in seq. miss. eiusd. com.

DE S. ANGELO CVSTODE nisi sit impedita alio festo nouem lect. alioquin prima die non impedita.

metipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam ſuã propter me, inueniet eam. Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mũdum lucretur, animę verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Credo.

Offert. Pſal. 20. Deſiderium animę eius tribuiſti ei Domine, & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Secreta.

Adſit nobis, quæſumus Domine Ieſu Chriſte, beatiſſimi Patris noſtri Franciſci pia, humilis, & deuota ſupplicatio: in cuius carne, prærogatiua mirabili, paſſionis tuæ ſacra ſtigmata renouaſti, & præſta: vt virtute præſentis oblationis tuæ paſſionis circa nos beneficia iugiter ſentiamus. Qui viuis, & regnas in vnitate Spiritui ſancti De⁹: per omnia ſęcula ſęculorũ. ℟. Amẽ.

Præfatio, vt in die Natalis eiuſdem.

Commun. Matth. 16. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Poſtcommunio.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui frigeſcente mundo, ad inflammãdum corda noſtra, in carne beatiſſimi Patris noſtri Franciſci, paſſionis tuæ ſacra ſtigmata renouaſti: concede propitius: vt eius meritis, & precibus, dignos fructus pœnitentię faciamus. Qui viuis, & regnas in vnitate Spiritus ſancti Deus: Per omnia ſæcula ſęculorum. ℟. Amen.

¶ Die 28. Septembris.

¶ IN FESTO S. ELZEARN Confeſſoris.

Miſſa Os iuſti &c. de communi confeſſo. non Pontif. Euãgelium verò. Nolite timere puſillus grex. vt in ſequenti Miſſa.

¶ Die 4. Octobris.

IN FESTO S. PATRIS NOSTRI Franciſci Confeſſoris.



Introitus.

Gaudeamus omnes in Dño, diẽ feſtum celebrantes ſub honore B. Franciſci: de cuius ſollemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. ps. 32. Exultate iuſti in Dño: rectos decet collaudatio. ℣. Gloria.

¶ Sed infra octa. dicitur Introitus. ps. 36.

Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipſius. ps. 36. Noli ęmulari in malignantibus: neq; zelaueris faciẽtes iniquitatem. ℣. Gloria Patri. Oratio.

Deus, qui eccleſiam tuam B. Franciſci meritis, fętu nouæ prolis amplificas: tribue nobis, ex eius imitatione terrena deſpicere, & cęleſtium donorum ſemper participatione gaudere. Per Dñm. Epiſtola. Mihi autem abſit. vt in feſto Stigmatum. Graduale. ps. 36. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiam, & lingua eius loquetur iudicium. ℣. Lex Dei eius in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus eius. Alleluia, allelu. ℣. O Patriarcha pauperum Franciſce, tuis precibus auge tuorum numerum in charitate.

tate Christi: quos cãcellatis manibus, cęcutiens vt moriẽs Iacob, benedixisti, alleluia. vel ℣. Hic Franciscus pauper & humilis, cęlum diues ingreditur, hymnis cœlestibus honoratur, Alleluia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthęum. Cap. 11.

IN illo tempore. Respondens Iesus, dixit. Confiteor tibi, Pater, Domine cęli & terræ; quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita Pater: quoniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meũ super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meũ leue. Credo.

Offertorium. ps. 88. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.


MVnera tibi, Domine, dicata sanctifica: &, intercedente B. Francisco, ab omni nos culparũ labe purifica. Per Dñm.

¶ Sequens Præfatio cũ suo cãtu dr̃ in festis Duplicibus, & per Octauas eorum: ẽt si de alio festo infra illas agit̃. Et in oĩbus Semiduplicib⁹ & Dñicis: nisi propria assignetur.









Cõmu. Matt. 24. Fidelis seruus, & prudẽs; quem constituit Dñs super familiam suã: vt det illis in tẽpore tritici mẽsurã. Postcõ.

ECclesiam tuam, q̃s Dñe gratia cęlestis amplificet: quã beati Frãcisci illuminare voluisti gloriosis meritis, & exẽplis. Per.

¶ In festo S. Danielis, & sociorum martyr. Missa. Sapiẽtiam sanctorũ. vt in cõi plurimorũ martyrũ, p̃ter orõnẽ. Fraterna nos, Dñe. q̃ sumit̃ ex Missa diei primi Augusti.

¶ In festo S. Iuonis cõf. Missa. Iustus: vt palma floreb. de cõi Conf. non Pontific. præter euangeliũ. Sint lumbi vestri præcincti. quod sumitur ex præcedenti.

¶ Die 12. Nouembris.

SANCTI DIDACI confessoris. Introitus.

HVmiliauit se in omnib⁹, & coram Deo inuenit gratiam: qm̃ magna potentia Dei, & ab humilib⁹ honoratur. ps. Benedic anima

anima mea Dñm: & oĩa intetiora mea nomẽ sanctũ ei⁹. ℣. Gloria. Humiliauit. Orõ.

OMnipotens sempiterne Deus, qui dispositione mirabili, infirma mundi eligis, vt fortia quæq; cõfundas: cõcede ꝓpitius humilitati nostræ: vt pijs beati Didaci cõfessoris tui precibus, ad perennẽ in cęlis gloriam sublimari mereatur. Per Dñm.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

FRatres: Videte vocationẽ vestrã: quia non multi sapiẽtes secundũ carnem, non multi potẽtes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt cõfundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quę non sunt: vt ea quæ sunt, destrueret: vt non glorietur omnis caro in cõspectu ei⁹. Ex ipso autẽ vos estis in Chr̃o Iesu, qui factus est nobis sapiẽtia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redẽptio: vt quemadmodũ scriptũ est: Qui gloriatur, in Dño glorietur. Et ego cum venissem ad vos, Fratres, veni, non in sublimitate sermonis, aut sapientię, annuncians vobis testimoniũ Christi. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.

Graduale. Domine præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ℣. Vitam petijt à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum sęculi. Alleluia, allel. ℣. Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur, Alleluia.

Sequentia Sctĩ Euang. secũdũ Matthæum.

IN illo tempore: Accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas, maior est in regno cęlorũ? Et aduocans Iesus paruulũ, statuit eum in medio eorũ, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnũ cęlorũ. Quicumq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cęlorũ. Et qui susceperit vnũ paruulũ talẽ in noĩe meo, me suscipit: qui autẽ scandalizauerit vnũ de pusillis istis, ꝗ in me credunt: expedit ei, vt suspẽdat̃ mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris.

Offert. Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Sec.

HÆc hostia, quæsumus Dñe, quã sancti Didaci cõfessoris tui sollemnitate offerimus: ipso etiã intercedẽte, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per Dominũ.

Cõmu. Tollite iugũ meũ sup vos, & discite à me, ꝗa mitis sũ, & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus vestris. Postcõmu.

DE⁹, qui familiã tuã his sacrificijs purgatã, beati Didaci cõfessoris tui celebritate lætificas: cõcede quæsumus: vt eius humilitatis, & patientiæ imitetur vestigia, & ad gaudia ꝑueniat sempiterna. Per Dñm.

¶ Die 19. Nouemb.

IN FESTO S. ELISABETH Viduæ. Missa. Cognoui Dñe. pro nec virgine, nec martyre: ꝑter, ea q̃ hic ponunt̃. Orõ.

TVorum corda fidelium Deus miserator illustra: & beatę Elisabeth precibus gloriosis, fac nos prospera mundi despicere, & cœlesti semper cõsolatione gaudere. Per Dominum nostrum. Secreta.

MVnera, Domine, nostræ deuotionis offerimus: vt tibi grata, nobisq; salutaria, beatæ Elisabeth pia supplicatione reddãtur. Per Dominum. Postcommunio.

QVæsumus omnipotẽs Deus: vt, quos salutaribus dignatus es erudire mysterijs: B. Elisabeth intercessio gloriosa reficiat cęlestibus alimẽtis. Per Dñm.

¶ Die 21. Nouemb.

Præsentatio Beatæ Mariæ Virgin. Duplex. Missa dicitur sicut in Natiuitate eius.

Venetijs. Apud Iuntas. M. D. XCV.

BIBLIOTEKA OSSOLINEUM
8893

Konserwację przeprowadził(a):
Irena Delimata
Wrocław, dnia 7 II 1994

Oprawę wykonał(a):
Henryk Świderski
Wrocław, dnia 9 II 1994

13.172